UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Hugone episcopo ordinis cartusien[sis]. Cap[itulum]. xxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

BAlbina virgo fuit filia quirini tribuni matris de quo ſupra dictum eſt .iij. kalen. aprilis. Que vt ibidē dictū habetur cum eſſet ſtrumoſa a ſctō alexādro papa liberata eſt. Nā cū pater eius boiā de collo alexandri tuliſſet ⁊ pergeret vt filie collo imponeret ꝓut ſibi ſctūs papa mandauerat apparuit puer faculā deferens ⁊ puelle aſſiſtēs: qui eā in amorē xp̄i ⁊ virginitatis perſeuerantiā cōfortauit: eiqꝫ ſpōſuz celeſtē ꝓmiſit. Mox aūt vt boia circa colū ꝟginis cingit̄: puella a ſtruma liberat̄: ⁊ ab alexandro papa baptizat̄. Que in virginitatis ꝓpoſito vſqꝫ ad vite finē permanſit. Et cum ex deuotione boiā alexandri pape oſcularetur admonita ab ip̄o catenā beati petri apoſtoli requiſiuit ⁊ obtinuit: ⁊ moriēs ſancte theodore ſorori hermetis prefecti et matris cōmendauit. Sepultaqꝫ eſt via ap̄ia in cimiterio pretaxati iuxta patrem ſuum pridie kalen. aprilis.

¶ De ſancta Theodora ꝟgine ⁊ mar. Cap. xx.

THeodora virgo et martyr ſub aureliano imperatore rome paſſa eſt: hec fuit ſoror hermetis matris et prefecti vrbis que a ſancto alexādro papa in fide docta ⁊ baptizata eſt. Cū aūt beatus hermes ab aureliano paſſus fuiſſet: ⁊ ip̄m ſoror theodora ſepeliſſet ab eodē imperatore ⁊ ipſa dudum in vinculis detenta: tandem capitis obtruncatione paſſa martyrium ſepulta eſt iuxta fratrem ſuum via ſalaria non longe ab vrbe roma kalen. aprilis.

¶ De ſancto Valerico abbate. Cap. xxi.

VAlericus abbas aluernia natus cum patris oues adhuc puer paſceret ſcholas puerorū frequentans: occulte litteras didicit. Deinde relicto ſeculo ſecutus eſt auunculum: abbatem monaſterij auturieñ. vbi ſatis renitente patre monachus effectus eſt. Et poſt alicuius temporis lapſum arctiori vite ⁊ ꝓfeſſioni ſe tradēs a ſctō macario abbate in monaſterio antiſiodoreñ. ciuitatis receptus eſt: vbi duduz manēs adhuc ad ꝑfectiora intendēs quēdā nobilē noīe bobiū conuertit: ⁊ cū ip̄o monacho facto luxouiū iuit. Ibiqꝫ ambo diſcipuli ſancti ſunt colūbani abbatis. ¶ Poſt hec valericus de ſui abbati licētia cū alio fratre ad predicandū gentibus acceſſit. Et veniēs neuſtriā remotuz ſolitudinis locuz a rege clotario īpetrauit: vbi cū eodē cōſocio in vite ſctitate ꝑmanſit: ⁊ multis virtutū ſignis effulſit. Nā in vico ābianēſiū gualunago reū quendā dudū patibulo appēſuz depoſuit ⁊ ſuſcitauit. ¶ Matrona q̄dā ꝑ puerū ſuū panes et duos vini flaſcones viro demiſit: ſed puer partē panū ⁊ vinū ex flaſconibus ī via abſcōdit: ⁊ reliquū vtriuſqꝫ ad ſanctū portauit: quem ille monuit ne de vino aut pane in via dimiſſis guſtaret: eo ꝙ ſerpēs eſſet in flaſcone et venenū in pane. Cōfuſus puer rediīt: ⁊ ſerpentē in flaſcone videns extimuit: ⁊ penitentiā egit. ¶ Cū tēpore hyemis ad domū preſbyteri cū ſocijs ad ignē ꝓ ſe calefaciēdo declinaſſet: ⁊ preſbyter cum quodā iudice ciuitatis ad focū ſedētes inania ⁊ laſciua verba ꝓferrēt: ab eo admoniti vt ſilerent: cum adhuc in deteriora prorūperent: inde diſceſſit. Et ſtatim preſbyter excecatus eſt: ⁊ iudicis virilia marcuerūt. Quieuit in chriſto kalē. aprilis. Sepultus ambianis in monaſterio leucañ.

¶ De ſancto Hugone epiſcopo ordinis cartuſieñ. Cap. xxij.

HUgo ep̄s gratiopolitanus fundator fuit ordinis cartuſieñ. Cuius mater cū ip̄m geſtaret in vtero vidit in ſomnis ſe parere filiuz: qui a beato petro apoſtolo ⁊ alijs multis ſanctis in celū ferebat̄. Et precognoſcēs eum aliquid magni futurū natū puerū ⁊ educatū tradidit litteris imbuendum. Qui ſatis iuuenis monachus effectus cartuſienſium ordinem inchoauit. Cum eīn eſſet in ſolitudine cartuſie vidit per ſomniū ſeptem ſtellas ſibi ducatū ad habitaculū vſqꝫ ad ꝓſtātes. Mane aūt facto ecce ſeptē viri: quoꝝ vnus fuit magiſter bruno: quattuor alij litterati: et duo laici ad eum venerūt vitam ſolitariam exquirentes. Quos ſanct⁹ ſeptē ſtellas viſas eſſe intelligēs: eiſdē viſa narrauit: ⁊ cū eis in ip̄o loco monaſterium ⁊ ordinē inchoauit. ¶ Deinde diſponente deo factus eſt abbas caleſieñ. Deinde epiſcop⁹ miſerenus ſiue gratiopolitanus. Fact⁹ eſt autē epiſcopus quietē mentis deſiderās abſolutionem ab epiſcopatu per nūcium: deinde ꝑ ſeip̄m ab honorio ſecūdo et innocentio ſecūdo romanis pontificibus obtinere nequit: eo ꝙ ipſum perutilem eccleſie cognoſcebant: multaſqꝫ perſecutiones a petro leonis eccleſie dei aduerſario ꝓ libertate eccleſie paſſus eſt: eo ꝙ innocentio pape cui ille inimicabat̄ cōſtanter iſte faueret. Quieuit in pace āno grē. M. cxxxij. etatis ſue āno. lxxx. in ſenectute bona kalen. aprilis.

De ſctō hugone abbate boneuallis. Cap. xxiij.

HUgo abbas boneuallis ordinis ciſtercieñ. floruit tp̄e federici p̄mi. Qui dū iuuenis ordinē ccī īgreſſus: ⁊ de redeundo ad ſeculū grauiter tētaretur: oratiōe in eccleſia facta beata ꝟgo ſibi per viſum apparuit: eiqꝫ natiuitatē: conuerſa-